

Cum nuper in conuentu Patrum de Episcopoz, officio deliberantes rationem iniremus, quatenus Episcopi sine uacatione ulla aut muneris sui intermissione in Ecclesijs manere cogerentur, necessarium multis est uisum, ut in primis de legis auctoritate quaereretur, quod, et rei ordo ita postulare uidebatur, et ad continendos in officio Ep<sup>os</sup> ualde pertinere, si Christi mandato, ac diuina legis uinculo se strictos esse intelligerent.

Quidam uero legem sane Ecclesiasticam potius iudicantes mentionem diuini iuris fieri uolebant. Alij cum non dubitarent totum <sup>Soc</sup> ius ad leges Euangelicas diuinasq; pertinere, tamen censuerant minime expedire, ut Synodi decreto hęc lex sanciretur. Ego tum rectissimam, ut arbitror, sequutus sententiam ijs assensus sum, qui diuinam sanctionem postulabant. respondiq; ijs, qui legem ad ius pontificium reuocabant. Contra autem eos, qui minus expedire censebant, ut id decerneretur, non est data facultas inconuenientia dicendi, quod qui ita sentirent tunc obscure loqui sunt, tantumq; id attingerunt, quod postea in priuatis congressionibus distincte aperteq; explicauerant. Nam querentibus ab ijs non nullis, qđ nam esset cause, cur quod ueram existimarent additum, et quasi in profundo demersum silentio abri mallent, qđ in lucem exire, atq; omnibus palam fieri, ita sententiam suam defendebant,

quod uidere se dicerent magnam confusionem oriri Soc. decreto  
Beneficia à Pontificibus concessa rescindi, iura tolli, decreta  
antiquari, quicquid Pontifices Romani per annos trecentos egresso  
id omne irritum neplariumq. iudicari, deniq. Soc. ius constitui, ut  
quo iure est Pontifex No. in uniuersa Ecclesia, eo iure sit  
Eps in sua diocesi. repetent igitur Epi. Soc. iure stabilitis, quae  
à Pontificibus erepta sibi putabant, et Sedi Ap. leges ipis  
prescribenti, uel ad Synodum eos euocanti non parebunt, cum  
lex Christi, cui magis obtemperandum sit, eos sedibus suis  
affixos detineat, atq. omnia eis tribuat, quae ad munus officij  
suum absoluendum pertineant. His atq. Suiusmodi ratio-  
nibus decreti Suius sanctionem dissuadent, qua suppressio  
sedis Ap. dignitati et existimationi se consulere arbitrantur.  
Atq. ij quidem, qui Soc. dicunt, nisi multo minus ferendi uidebuntur,  
ijs, qui contrariam sententiam tuentur. Illi. n. ea defendunt,  
quae uel à magistro erroris didicerant, uel scientia quam  
profitentur principijs consentanea existimant. Hi contra  
animi sui sententiam loquuntur, et ueritati tenebras obji-  
ciunt, atq. ut Philistaei puteos ab Abrahama seruis effoscos  
iniecta sumo obstruebant, sic ij ueritatis fontes confectis  
rationibus praecudant. quos egesta erroris male pro nostra  
uirili parte, patefacere debemus, quo fontem illum perueniam.

inuenire possimus, unde flumina diuinorum preceptorum manant,  
et aquae uiue scatent salientes in uitam eternam.

Afferam igitur ad hoc aliquid operis, et laboris ego, et quantum  
mea tenuitas patietur, respondebo ad eorum rursus breuissime.  
Hoc En in primis constituto, mihi non esse propositum modo  
de sanctione diuina disputare. Sumo. n. pro certo atq; ab  
eis concessis, iure diuino, et Christi auctoritate impositam  
Epis residendi necessitatem. Quod autem si ea decretis  
Patrum sanciantur, detrimento fraudiq; Sedi Ap. futura Sac  
res sit, id uero nego, et ab omni ratione, ac ueritate alienum  
esse contendo. quod si probatum erit spes est iuris peritos,  
aut in ueram sententiam adductum iri, aut certe eos regionis  
nobis futuros. Mi. n. si sibi persuasam fuerit, se, hoc decreto  
edito suos canones tueri posse, non dubito quin ab ea opinione  
discessuri sint, quam consuetudine scientie, et usu reru  
Romanarum imbiberunt.

Ac primum, quidem ualde miror hos Somines, cum Sedi Ap. causa  
defensionemq; susceperint, non uidere nihil tam dici posse Sedi  
Apostolice contrarium, q; quod ipsi ratione sua concludant.  
nam si sanctio diuini iuris, ut ij contendunt, Sedi Ap. tice  
existimationem laedit, potestatem extenuat, maiestatem

minuit, profecto Sedes Apta eo quidem statu, quo nunc est,  
aduersatur, et repugnat iuri diuino. Summa igitur lege nititur  
non diuina, per immoderatam Pontificum potentiam aucta est,  
per uim, per iniuriam uires accepit; quo qd excogitari post  
execrabilis, et Sacerdotum sententiae convenientius? Quomodo  
duci non pnt ista tam falsa, tam absurda ex diuini iuris fon-  
tibus. Et cum illa summa Sedes Apta auctoritas iure diuino  
stabilita sit, qui fieri poterit, ut eodem iure conuelli, aut con-  
cuti possit? aut quomodo uerum pugnet, cum uero? dogma  
cum dogmate? Religio cum Religione? sed forte dicat aliquis  
ista non effici per se ex iure diuino, sed occasionem pro-  
beri non nullis Epis nimicium suo iuri sententiaeq; addictis,  
ut illa ex decreto concludant.

Ego uero existimo non aliter ex Sac sanctione ista incommo-  
dum posse q; si dicatur, ex euangelio Saceres/manasse.  
Non debuit igitur promulgari Euangelium, quoniam futuri  
erant, qui eius uerba peruertentes, perniciosas Saceres  
inducerent. occultanda fuit Christi diuinitas, ppa quod  
Arius uerba, quibus illa notatur, ita fuerat interpretatus,  
ut Trinitatis essentiam diuideret, reticende fuerunt  
geminae utriusq; nature proprietates, scilicet ne Apollinaris

et Eutyces accepta inde ansa erroris ex duabus naturis unam  
 conflarent. Eadem ratio est Macedonij, Nestorij, Heluidij Pelagij,  
 Sereticor, deniq; omnium, qui nihil defendunt, nisi quod ex scrip-  
 ture sententijs colligere se arbitrantur. Quare quamuis conce-  
 damus quorundam improbitate plerumq; depruari reclusissimam  
 legis sententiam, non tamen in arcano seruanda veritas est,  
 cum eam proferre, et in aperto esse usum utilitatemq; Sabet;  
 nam qui se intra Catholice veritatis fines continere uolet,  
 nunquam talia committere audebit, si quis uero sit, qui seces-  
 sionem facere expetat, et transire fines, quos posuerunt Pres-  
 sui, Studeat, non solum eum Ecclesiasticas Leges depraua-  
 turum, sed ipsa Euangelior, Sanctissima oracula uiolaturum  
 existimo.

Quae in ea parte disputo, quasi idem in Sac. sanctione fieri  
 possit, quod dixi, in Euangelij, et in reliqua scripture uerbis  
 usu uenire, in quibus si aliquid ab Sereticis erratum est, simili-  
 tudis quadam fuit, et umbra ex scripture uerbis temeritate  
 quadam expressa, quam cum quidam magis sequerentur quam  
 quod a maioribus acceperunt, in illam fraudem in Ecclesia incide-  
 runt. Hoc uero quod simile Sabet, quod consequens, ut si ueris  
 diuini sanctio fuerit Episcopi in Ecclesia mansio, sedes

102  
Apostolica magnum detrimentum patitur.

Si decernatur, inquit, Ep[iscop]o[rum] pascendi officium à iure diuino  
manasse, consequens erit, ut non sit à Pontifice Romano eor[um]  
p[ro]p[ri]etas sed immediate à Christo. Huic coniu[n]cto occasionem  
dedit erroris illud uerbum immediate, quod cum duo significat  
magni refert utro modo sumatur. Immediata uno m[od]o dicitur  
ea, quæ cur alicui insint, altiore[m] causam non habent cuius  
modi sunt principia prima, quor[um] predicata immediate seruentur  
suis subiectis, nec habent medium terminum quo probentur,  
cum ex terminis suis pateant, et ipsa per se satis intelligan-  
tur. Alio modo postrema causa immediata dicitur, inter  
quam, et eius affectum nulla alia causa media interiecta est,  
ueluti cum multe cause ad effectum gignendum ordine quor[um]  
disposite sunt, infima, quæ effectum attingit, immediata dicitur  
consuevit. Primo modo Ep[iscop]i officium immediatum autem  
rem habet Christum, à cuius fonte Ep[iscop]o[rum] functiones  
fluxerunt. Si ad reliquum ordinem causar[um] respicias, nihil  
est, negare optum, eiusq[ue] munera ab Ep[iscop]o Romano provenire  
ad eius. n[on] officium spectat. Ep[iscop]os eligere atq[ue] instituere,  
ita tamen, ut cum hoc agit Pontifex Romanus, id agere existi-  
metur, quod Christo auctore est institutum. Quare actio

qua fiunt Epi, et à Pontifice geritur, et à Christo, à Pontifice  
 tamq à precipuo, atq summo omnium Ecclesiasticorū munerum  
 ministro, à Christo tamq ab auctore totius Ecclesiasticæ dispen-  
 sationis. quod idem ad sacramenta eorum q officia transferuntur.  
 Eodem .n. ordine Christus omnis Ecclesiastici ordinis auctor  
 Ecclesie Hierarchiam descripsit, quam in Cælesti omnium rerum  
 conditor deus seruauit. in ea .n. Angeli collocantur à Deo  
 omnes ita distinctis inter se muneribus conditi, ut inferiorum  
 ordinum officia à superioribus pendeant. Prima hierarchia  
 secundam purgat, illustrat, perficit, secunda deinceps tertia,  
 idem ordo in se seruat, quæ tamen officia ita sunt  
 propria Angelorum, ut deo tributa esse intelligantur, qui sic  
 Angelos condidit, ut eos sua officia inter se absoluerent, et exeq  
 uoluerit, par ratio est Epōr, quos cum Dns instituit, tum  
 eos per summum Pastorem eligi uoluit, qui cum Episcopatus  
 munera mandat, Christi uidelicet mandatum exequitur.  
 Sed ut rem uniuersam explicemus intelligendum est potatem Epōr  
 tribus modis considerari, uno modo quatenus ipsa per se  
 intelligitur, uniuersa quadam, et absoluta ratione, non habenda  
 respectum ad personas quibus applicatur, et confertur,

Secundo modo consideratur Sae p̄tas quatenus iure legitime  
Suae uel illi conferatur, quod fit consecratione, et electione,  
quae dicitur p̄tas quo ad applicationem, et consistit in Pastorum  
institutione, tam actiua quam passiuā. Attenditur  
tertio loco in Sae p̄te eius usus, et executio, q̄m uana  
est p̄tas, quae nullum actum habet.

Episcopatus pro ut natura sua constat, immediate à Christo  
manauit, ita ut nullus Christo excepto potuerit huiusmodi  
potestatem instituire. Nec asserendum est Hieronymus  
aliquā eius muneris originem communi Christianorum  
tribuenti. Huius autem potestatis ratio, ac natura functio-  
nes Pastoris, ita comprehendit, ut ab ijs separari nequeat  
Functiones, porro cum referantur omnes ad usum ad laborem  
ad opus, necessarium residendi officium inducunt, imò sua  
sponte Soc adeo flagitant, ut opus laboris impositus Ep̄o  
sine residendi necessitate oīo intelligi non possit. quae  
omnia scripturis ex rationib; facile possem probare, si mihi  
esset propositum nunc de huius instituti aut auctoritate disputa-  
tare. Hoc tamen allatum est, ut cognita natura eius pers-  
picuum fiat, qd iuris in eum pontifex Romanus habeat



ad reliqua igitur pergamus. Quantum attinet ad applica-  
 tionem potestatis, ad singulas personas, res hae voluntate  
 arbitrataeque sibi Pontificis Romani, qui, cum sit Pastor Gregis  
 Christiani, à Christo institutus, non ut certam Christiani  
 orbis partem administraret, sed ut uniuersae Ecclesiae praesit,  
 inter alia, quae pro suo munere procurare debet, hae est  
 sibi praecipuum, ut proprios Pastores det Ecclesijs, transferat  
 de una Ecclesia in aliam, mutet etiam si usus ita postu-  
 let, non solum extenuanda potestatem, sed etiam aufe-  
 renda, quod fit, cum aliqua de causa eps deponitur,  
 denique cum res ecclesiastica sit, et politica, de Pontificis  
 Maximi sententia regitur, cuius consilium, cum in omnibus  
 rebus, tum in hae maxime spū. s. duce, atq. auctore dirigi  
 debet, sed fit plerumque temporis uitio, ut hae negocium  
 minus commode, ac prorsus summo more administratur.  
 Venio ad usum, in quo regnat Pontificis Maximi auctoritas.  
 subest. n. eius moderationi, et certis limitibus coereetur,  
 suisque temporibus, locis, causis, rebus concluditur, et defi-  
 nitur. quam quidem in iure diuino potestatem habet  
 Pontifex, nam cum mandatum diuinum uagum sit, com-  
 mune, uniuersa ratione genereque praecipuum, lege

Ecclesiastica ad proprios casus contrahitur; quod ideo factum  
existimo, ut in Ecclesia, sicuti in omni optime constituta  
Repub. ordo, et disciplina seruaretur. quod cum fit, pro-  
positi, et reliqui privati homines intelligant, quantum  
sibi impositum sit muneris, quo loco, quo tempore, qua  
ratione, et modo, unum quodq; agendum sit. Ita usus  
Ecclesiasticae potestatis suis se tenet finibus, nec ultra  
assignata sibi spatia progredi debet.

Huiusmodi autem moderatio usus duo habet, fundamenta  
quibus sustinetur, unum est principatus Petri. nam  
quamquam Dominus Apostolos, pastores constituit, successoribusque  
eorum, claves, et pascendi officium continuauit, tamen  
in similitudine honoris fuit quaedam discretio dignitatis,  
est igitur in una atque eadem societate pascendi intelligen-  
dus ordo, ut omnes qui pascendi munus acceperunt, uni  
summo Pastori subsint, qui non unum certum gregem  
pascit, quod faciunt alij, sed uniuersam Pastorum omnium  
curam sollicitudinemque complectitur.

Alterum fundamentum est Pastorium in peccando proclibito,  
et in abutendis clauibus, ut sunt res humanae, summa  
facilitas, quare oportuit usum potestatis earum ab eo

qui summam potestatem haberet, dirigi, et certis finibus con-  
cludi, ac deniq; ita gubernari, ut confusio, et peccati omnis  
occasio tolleretur.

Hinc factum est, ut  $\text{q}^{\text{d}}$  in mandando alijs Apostolis pascendi  
munere, non fuit à Christo certis finibus definita Pastor  
potestas, Et ydem ipsi Apti auctore, ut par erat, Petro  
usum potestatis moderati sunt, ut non unus quisq; in  
quem vis potestate uteretur, sed, certe essent Ecclesie  
quibus singuli præessent Epi. Itaq; Hierosolymis  
prepositus est Jacobus, Cesarea Lacedæus, Alexandree  
Marcus, Ephesi Timotheus, Titus Crete, eodem modo  
reliquæ dioceses suos habuerunt Pastores, servatum quoq;  
est Aptor temporibus, ut provincijs præessent Archiep,  
qui Episcopos causas cognoscerent, et quedam maiora  
negocia administrarent.  $\text{q}^{\text{d}}$  rursus maiori cuidam  
auctoritati suberant. Ipsa autem Aptea sedes fons,  
et origo omnis ecclesiasticæ potestatis, hoc ex initio, et  
precipuum ius habuit, ut esset magistra moderatrixq;  
omnium Ecclesiar. mos. n. fuit Christianis ab ultima  
Ecclesie origine, ut cause grauiores in universo orbe  
Pontifici Romano essent reservate, cuiusmodi sunt Epors;

institutiones, prouocationes, querele, damnationes, restitutiones,  
negocia fidei omnia, ut præterea sacra, ceremonias, ritus, q  
potius ad ordinem pertinent, quam ad potestatem iurisdic-  
tionis de qua nunc agitur.

Perspicuum est autem usum potestatis, Conciliorum decretis sepe  
fuisse astrictum. quod primum factum est in nicæno  
Concilio. quod Episcoporum iurisdictioni certos fines dedit, cum  
multis in rebus Pontificum Romanorum moderationi subiecit.  
Idem habent alia Concilia, quæ ferè omnia Ecclesiasticam  
disciplinam, ita constituunt, ut prescriptum sit Episcopis in  
quod potestatem habeant, quod superiori Episcopo sit reseruatum.  
Hinc uel ex Conciliorum, uel ex Pontificum decretis ortum sunt  
runt exceptiones certorum criminum, dispensationum,  
indulgentiarum. Eiusdem generis sunt, reservationes  
maiorum, et electiuarum dignitatum, collationes aliorum  
beneficiorum, quæ non solum iure administrationis uniuersa-  
salis Pontificie ad Pontificem pertinere potuerunt, sed  
etiam aliqua alia propria causa, siue ratione materie  
subiectæ, ut pote, quoniam inferiores electores in electio-  
nibus, et Ordinarij Collatores, in beneficiorum collationibus  
potestate sua abutebantur, et per Laicorum potentiam  
sepe

sepe iure suo non libere uti permittebantur, siue aliqua alia singulari economia, prout Ecclesie status, et temporum rationes tulerant.

quæ cum ita sint, non est uerendum, cum usus officij Epoy uarietur, ex prescripto Pontificis, ne minus liber sit Pontifex, si id iure diuino stabilitum fuerit.

Sed dicat aliquis, abusus est Pontifex iure suo, qui reuocata ad se penè omni iurisdictione, in angustum redeget Epoy potestatem, quare si decernatur munus residendi iure diuino constare, petent Episcopi, relaxari id, quod Pontifices, plusquam oportuit astrinxerunt.

Peccasse in eo Pontifices, quod Epoy potestatem nimis extenuauerunt, non colligitur ex iuris declaratione, quod diuinum sit. Ostenditur Pontifex certis temporibus et causis ius diuinum moderari posse, licetque ipsis usum potestatis Epoy cohibere. Sed si in eo transiuerant modum, quatenus id damnabile est, et medicina eget, ad aliud pertinet, non ad ius diuinum. Nam et si residendi munus non ad diuinum, sed ad Ecclesiasticum ius spectaret, En si qui in eo abusus euenirent tollendi esset, et reddenda Epis omnia, quæ faciunt ad fructuose, et utiliter residendum. siue igitur iure diuino resideas, siue Ecclesiastico, En quæ non recte fiunt, semper in malis

Sabenda erunt. non igitur hoc facit, sanctio iuris huius,  
ut Epus aliquid desit, sed rei natura, et conditio temporum,  
que maxime requirant, ut ordo ecclesiasticus in pristinam digni-  
tatem restituatur.

Nolo autem silentio preterire et si ad rem non multum pertinet,  
id quod de auctoritate Epoy cogitanti mihi in mentem uenit,  
considerabam. n. quam contraria ratione usi sint Pontifices  
Romani in iure ac potestate principibus, et Epis Tribuenda.  
Illis. n. privilegia dederunt, et iura propria concesserunt. Epis  
multa, que ipis legibus, et iure consueto obtinebant subtraxerunt.  
Ita effusio in Principes, Sedis Apostolice magnitudinem  
exinanivit. In Epos, proprii iuris conservatio, uel  
alieni detractio, illoy auctoritatem extenuauit. quo euenit,  
ut tam in capite, quam in membris ecclesiastici corporis, magis  
sit facta dignitatis imminutio. Sed hoc Pontificis Consilio,  
et prudentie relinquamus, nos ad institutum nostrum redeamus.  
Quoniam autem sic locus iurisdictionis et potestatis per necessarium  
est ad rei propositae explicationem, et in eo arcem oppugnandae  
ueritatis, collocauerunt aduersarij, quamuis de hoc sit satis  
dictum, En non unum alienam eadem rem alia uia pertractant,  
quo perspicuum fiat, ueritatem ex omni parte sibi consentire.

Nemo dubitare debet, cum quis fit Epus, cum diuinitus accipere  
 potestatem exercendi ea in corpore mystico Christi, quae Epus  
 sunt propria, idq; eodem modo fieri in Ep'o, quo fit in sacer-  
 dote, cum is sollemnibus precibus ab Ep'o institutus, accipit  
 potestatem conficiendi corpus Christi uerum. ac quem ad  
 modum sacerdos non potest suum munus absoluere, nisi ei  
 materia prebeat, que ad consecrationem corporis et sanguinis  
 Christi necessario requiritur, ita non potest Ep's munus offi-  
 ciumq; suum absoluere, nisi ei materia prebeat, in qua id  
 exerceat. Et si contingeret, ut totius panis, et totius uini,  
 quod in orbe reperiretur, unus esset Dns, certe ab eo petenda  
 esset materia, qua unus quisq; sacerdos sacrum facere posset.  
 Materia igitur sacrificij, arbitratu illius distribueretur, et ea  
 pars quam Dns dedisset, in sacrificium ueniret, sed tamen  
 cum sacrificium fieret, iure diuino conficeret sacerdos, quan-  
 quam materiam arbitratu hominis accepisset. Ita Epus rite  
 institutus, subito consequitur potestatem facendi, iure diui-  
 no sibi tributam. Materiam autem, in qua illa potestate utat  
 prebet Pontifex Maximus, qui cum sit universalis Pastor, et  
 dispensator cunctorum, ad eum spectat, unicuiq; Pastori gregem

700  
proprium assignare, in eoq; id ius constituere, quod temporibus  
congruere iudicabit; Eps, qui gregem pascendum accepit, etsi  
id factum est tribuente Pontifice, in oblata materia, iure diuino  
pascit; resq; ita euenit, ut exhibitio materie consilio fiat Sumano,  
functiones in ea, iure diuino exerceantur. Neque magni refert  
quo ordine, et num simul à Pontifice administratur. Epi in Statu  
tio, et diocesis assignatio. Non enim querendum est qd fiat,  
sed quid rei ordo uelit, cum plerumq; coniungat effectio, quod  
intelligentia diuidit.

Neque nisi obijcias materie exhibitionem, hoc est diocesis assigna-  
tionem minimè arbitrata Sumano fieri, cum potius ea pertinere  
uideatur ad ius diuinum, quo Pontifex tenetur id facere. Dico  
n. quamuis in uniuerso genere id iure diuino fiat: Et in Sac,  
uel in illa diocesi, in Sac, uel illa Sumano id arbitrata Sumano  
fieri, quod patet ex ijs, quae de applicatione dixi.

Quod in Epi contingit, idem ualet in sacerdote, qui etsi in consecratione  
una cum ordine potestatem accipit iurisdictionis, qua potest in  
foro interiori remittere peccata: Et de necessitate sacramentorum  
subijciendi sunt superioris auctoritate potestati eius aliqui, in  
quos illam potestatem exerceat, quae assignatio, quamquam  
libera est, et iure fit Sumano: Et in assignatis, et attributis  
sibi subditis, sacerdos exequitur potestatem suam iure diuino



Ex ijs facile intelligitur, in Episcopatus institutione, ac pasceudi munere, quid ad ius diuinum pertineat, qd ad Pontificium: et quem admodum residendi officium iure diuino stabilientes, non auferimus sedi Ap. id quod eius summæ aut Seruitate debetur.

Sed argent Aduersarij, affirmantes, euertere ius Canonicum, atq; Pontificum acta rescindi: Constat. n. Pontifices ex beneficijs curam animarum Sabentius concedere solitos plurimuni, quod cum faciunt, certe soluant illum, cui illa dant residendi legibus, cum is non nisi in uno loco residere possit; idq; Pontifici ius esse, Legimus, non solum in Pontificio iure; sed etiam in Conciliorum œumenicorum decretis. Quin etiam aliquando Pontifex eum, qui uni tantum sacerdotio præest, curam animarum Sabenti, soluit legibus, quò scilicet in Accademia aliqua Theologiam doceat. etiam prepositi animarum curis, Sabent, dispensante Epò, uacatione septennij, quo tempore possint operam Theologiae dare. His, atq; Sorum similibus, que infinita in iure pontificio reperias, officij putant residendi legem esse ecclesiasticam, cum sæpe Pontificis dispensatione dissoluantur; quod fieri non posset, si ea ad ius diuinum pertineret.

Ad hæc ut respondeamus, necesse est præmitti quedam cõmunia, que postquam preposita fuerint, ad Canones sigillatim descendemus

demus. et primum illud est considerandum, quod Summe actiones, et officia morum non uersantur in materia necessaria, quae semper eodem modo eueniat; sed sunt contingentia, et uarietati obnoxia, ut quamuis certa regula de ijs statuatur: tñ cum rei natura sit mutabilis, non possumus omnia ad illam normam dirigere; sed deflexio à regula est necessaria.

Quae res facit, ut leges, quae de moribus et politicis sunt actionibus saepe deficiant; et quamuis uniuersaliter sint latae: tñ non uniuersaliter seruari debeant, cum aliqui casus aliquando contingant, in quibus seruari legem non expediat. Propterea lex id semper spectat, quod magna ex parte accidit; neque ignorat, aliqua praeter legem posse existere, nec id uicio datur legi, neque legis latori; sed naturae rei: materia n. Summarum actionum sua sponte est cuiusmodi. Quare cum lex omnis feratur propter communem hominum utilitatem, commodum, salutem, si quae forte tempore incidat, in quibus lex hoc fine excoadat, certè tunc seruanda non erit.

Huiusmodi autem defectus legis subsunt correctioni eius, qui Regi praest: Ad eum n. spectat, cum singulares casus incident, eos definire, atq. excipere, potestatemq. facere, ut in ijs lex non obseruetur, qđ proprie dicitur dispensare in lege.

Dispensatio uero ea est, quam *oconomiam* greco uerbo dictam *trivi* ad uerbum de greco uertentes, *dispensationem* dixerunt, frequensq; est in Patribus utriusq; uocis usus, cuius ea ratio est, ut inquit. s. Thomas, quod dispensatio significat commensurationem alicuius communis ad singula; atq; ut Pater familias dispensator, et *oconomus* dicitur, quatenus unicuiq; de familia ratione, et iudicio distribuit opera, et ea, quae ad necessarios usus pertinent, sic in quocunq; hominum coetu, is dicitur dispensare, qui prescribit, quemadmodum aliquod commune preceptum sit a singulis obseruandum.

Antiquissimi Patres *oconomiam* fieri dixerunt per submissionem. ita *x.* interpretor *oynala magu*, quae ideo sic dicta est, quod qui ea utitur, praeter rerum ordinem, ad quaedam propria consilia descendit. qua ratione Patres, salutis nostrae mysterium *oconomiam* secundum carnem appellant. Nam Iesus Christus saluator noster, superatis naturae legibus se ad ima deiciens, ac demittens, suamq; immensitatem nostrae tenuitati accommodans, mandatu sibi interris a Patre munus absoluit. Absac uero summa, et praecipua *oconomia*, *oconomicae*, quas nobis tractamus manarunt, non secus, quam ab illa aeterna paternitate, omnis paternitas, quae in Caelo est, et in terra nominatur.

Est autem intelligendum, dispensationem, cuius nunc suscepta est

disputatio, duobus modis fieri; uno modo, ut dixi, corrigendo lege,  
et diffiniendo in aliquo casu, legem non seruandam. Alio modo  
relaxando, et soluendo uinculum legis, prima dispensatio in  
superioris lege fit, cum casus declaratur, quem Dns lege com-  
plexus non existimatur, et quem, si ipse adesset, a mandato  
exciperet. Relaxatio autem fit semper in Summa lege, que  
dispensatoris aut Soritate nititur: nam is, qui legem condidit  
potest eam soluere, cum in casu, in quo lex deficit potestatem  
facit, non seruandi preceptionem legis, quod non pro uoluntate,  
sed ratione recta facere debet, ut non reperiatur infidelis,  
et imprudens in dispensatione fuisse. Infidelis, si publicum  
bonum non spectauerit. Imprudens, si dispensandi rationem  
ignorauerit. Propterea Dns dicit. quis putas est fidelis dis-  
pensator, et prudens, quem constituit Dns sup familia suam.  
Ac si Summarum legum dispensationes subtiliter considerare uelimus,  
inueniemus forte eas, cum recte, et prudenter administrantur  
non soluere uinculum legis; sed potius ex equo, et bono inter-  
pretari, et declarare sententiam legis, quum magis illa specta-  
da est, quam eius uerba, quod uno uel altero exemplis manifes-  
tum faciam. Lex est Aptica in Concilijs frequenter approbata  
prohibens neophytum epm fieri, Ambrosius, cum esset neophytus,

creatus est Epus; datum est id summe eius sanctitati, et doctrinae.  
 Num propterea lex soluta est? Minime; sed potius declarata:  
 Nam causam, propterquam neopsytus ordinari prohibetur, ea  
 est, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Quare cum  
 electus est uir sanctus, et summis, atq; omnium iudicio probatus,  
 non soluta est propterea lex, sed exposita et correcta, cum id, quod  
 comuniter prohibitum erat, non equum fuit, in aliquo homine seruari:  
 ubi n. causa non sceret, ut de se idem Ambrosius dicit, uitium  
 non imputatur. Item Bigamus ordinari prohibetur, quod statutum  
 est propter opinionem intemperantiae. Da mihi Bigamum conti-  
 nentissimum, eundem uirum optimum, et ecc. utilissimum; non  
 soluetur, meo quidem iudicio lex, si is ordinabitur. Sed de  
 uerbo non contendamus: Nam siue interpretatio, siue relaxatio  
 dicenda sit; hoc tñ constat, interpretationem idem in lege huma-  
 na ualere quod ualeat relaxatio, uidelicet cum ad eam aliqua  
 grauis et necessaria causa accedit.

Potest tñ dispensator in lege humana, cum eacius auctoritate nita-  
 tur, aliquanto laxius moderari dispensationes, neq; adeo ad  
 uium resecare causas; neq; causae cognitionem requirere,  
 cum gratificandi locus sit supplicantibus in ijs praesertim,  
 quae publice utilitati, et bonis moribus non aduersantur.  
 In lege autem diuina interpretanda non est locus uoluntati

122  
nullus, sed omnia semper agenda sunt cum Consilio, ratione, causa,  
neque quicquam omnino mouendum, nisi cogat necessitas, utilitas,  
Sonestas; propter has .n. atque huiusmodi causas lex diuina  
morum, atque actionum moderatrix aliquando locum relinquere  
interpretationibus, exceptionibus, correctionibus, quas non lex  
sed rei preceptae natura necessario inducit.

Est etiam animaduertendum, quod preceptio Domini accedens ijs, que  
pertinet ad mores, et summas actiones, non tollit conditionem  
et naturam moralis materie: sed eam relinquit eo statu,  
quo sua sponte ac natura constat: gratia .n. non deservit  
naturam; sed perficit.

Præterea considerare oportet quod propter hominum cupiditatem ma-  
lestis precibus Pontificum auribus obstrepentium, dissolutamque  
in concedendis indulgentiam, transierunt sepe Pontifices  
modum in cumulandis in unius persona sacerdotijs, atque in  
dispensationibus faciendis, que tunc in foro contentiosi, et iudic-  
cio militantis ecclesie ualide censende sunt, cum ab eo pro-  
ficiantur, qui superiorem in terris non habet.

Vnde in hac frequentia dispensationum, cum oriuntur quotidie  
lites controversie, difficultates, Pontifices coacti sunt condere  
Canones, quibus diffinirent, et statuerent, quid in emergentijs

difficultatibus, et perplexitatibus, de iure fieri debent. Quare iudicium de dispensationibus, quod licite sint et recte, uel secus aliunde petendum est, non à Canonibus, qui aliquando disponunt, et statuunt de re, quam in usu positam inueniunt, eamq; in sua natura relinquunt, nullum iudicium de ea ferentes, nisi quatenus eam legitimam censent in foro contentioso, ad quos ius Canonicum immediate dirigitur.

Ex hoc sequitur iura, quæ in ijs dijudicandis uersantur, ex Hypotèsi iura esse: posito .n. et concessis usu talium dispensationum, existit iustum legitimum, quemadmodum post indulgentiam à S<sup>to</sup> Gregorio Angalis concessã, ut duæ Uxores uni nubere possent; iudicia, quæ de ijs fiebant, ex Hypotèsi iusta, et legitima censenda erant. Pari ratione controversiæ, quæ à libello repudij Iudeis permisso oriebantur, cum iure legitimo iudicata erant, ex Hypotèsi ad ius pertinebant. Quis fit, ut si ob restituendam Eccl<sup>e</sup> disciplinam moderatio aliqua daretur siue nimis laxæ dispensati consuetudini; nulla fieret canonibus iniuria, nulla eorum auctoribus, cum sublato ex aliqua parte eo, propter qd iura necessaria excogitata sunt, ipsa una cessarent.

His ita constitutis aliquot canones proferamus, et eos sigillatim  
pertractemus. In quibus primus occurrit Canon Leonis <sup>iii</sup>  
præcipiens eum, qui plures retinet Ecclesias, unam titulata  
aliam commendatam habere. Commendationum usum  
fuisse olim in Ecclesijs utilem, ac necessarium ostendunt  
D. Gregorij Epistolæ, in quibus legimus, cum sæpe civium  
economia usum, veluti cum civitas Ep̄i, eadē aliqua affecta  
incolis destituta erat, Ep̄o illi propinqua Ecclesia dabatur  
quam, ut proprius sacerdos gubernaret, ita ut suæ Ecclesie  
præesse non desineret. Monasteria etiam civitatum  
Ep̄is commendabantur, non in perpetuum, sed quoad viri  
idonei inveniuntur, qui illis præsent. Tales erant ve-  
terum commendationes, quas Leo approbat, cum is a  
Gregorij temporibus non longe abfuerit: quæ si sequentibus  
temporibus servatæ fuissent, floretet Dei cultus, et tantum  
Ecclesiarum vastitatem non videremus.

Proferant præterea Canonem sanctorum, editum in quodam  
Concilio ab Urbano Placentiæ congregato, affirmante, Ep̄i  
dispre unum pluribus præesse posse Ecclesijs. Primum  
Canon non loquitur de Ecclesijs curam animarum habentibus



deinde quis negat, uel propter hominum, siue sacerdotum etiam paucitatem, uel Ecclesiarum tenuitatem, accedente praeterea locorum propinquitate, ac commoditate, uel alijs huiusmodi causis, duas Ecclesias cum animarum cura economicè uni committi posse. recolamus n. frequenter animo ea, quae de natura legum moralium, etiam diuinarum, et de earum interpretationibus et correctionibus diximus.

Par ratio, atq; sententia est illius celeberrimi Canonis Concilij Lateranensis, de multis, quos maxime nituntur aduersarij. In quo Et illud est in primis notandum, quod, cum Canon duo capita contineat, unum contra recipientes plures parochiales Ecclesias. Alterum contra eos, qui duas dignitates in una Ecclesia obtinent, id quod addit de dispensatione, adiunctum est, et continuatur cum ijs, quae de pluribus dignitatibus postremo loco praecipit. Quare dispensatio ad illa ultima referenda est, non ad id, quod in principio statutum fuerat. Sed concedamus dispensationem ad utrumq; referri: attendamus tamen quid Canon uelit. Primum complectitur solos sublimitate, uel doctrina praeditos, ac merito quidem: ij. n. singuli binis Ecclesijs utilibus praesunt, quam singuli alij, singulis; sed hoc non satis fuit Concilio. Aliquid praeterea desiderat, rationem ad dispensationem

198  
vult adhiberi. quæ tandem hæc est vobis scilicet, si Ecclesiarum  
vicinitas, si oportunitas, si insignis utilitas, atq; commoditas  
Ecclesiastica, si deniq; necessitas, economice, id fieri patietur.  
Nam cum lex ad communem Ecclesiarum utilitatem, ac com-  
modum referatur, si casus incidat, in quo servari legem,  
sit durum, atq; adeo Ecclesie inutile, poterit Pontifex legem  
ita interpretari, ut illum casum à lege remotum, atq; alienum  
declaret.

Ad Canonem eiusdem Concilij extirpandæ facile respondemus,  
cum is potius sententiæ nostræ faucat. Statuit. n. ut si quæ  
dignitati Ecclesia parochialis sit annexa, is qui dignitatem  
obtinet, maiori Ecclesie inseruiat, parochiali, perpetuus Vicar-  
ius canonicè instituat, qui certè proprius Pastor Ecclesie  
censetur, et cura animarum, ad eum pertinet.

Non obstat Cap. duobus de Elect. quod permittit, duas Ecclesias  
ita obtineri, si altera sit commendata: plures vero in titulis  
solum nisi cum Aptica dispensatione omnino detineri volent.  
Nam de commendationibus iam dixi, quales antiquitas  
probauerit: quæ vero postea in Ecclesiam irrepserunt,  
atque sicut illarum, nomen, et similitudinem imitantur,  
ita vim, atq; naturam essent assequute, Gregorius in F.

in Concilio Lugdunensi uisus est ueterem commendanti con-  
suetudinem restituisse. Dispensationum uero quoties fit men-  
tio, si in memoriam reuocemus, quae de natura legum, et de  
iure suiusmodi canonum, dicta sunt, facile suppetet, quod ad  
omnia canonum dicta respondeamus.

Quod attinet ad Theologiae Magistros ad studia euocandos, et  
de potestate facta rectoribus per certum tempus Theologiam  
discendi, utilis est economia: quid.n. quæso Ecclesie Dei  
esse potest tam fructuosum, quam ut in Ecclesijs constituan-  
tur doctores, ad quos de Diocesi Clerici, confluentes scripturas,  
et rerum diuinarum disciplinam hauriant, poterunt, credo  
illæ parocciæ breui tempore rectorum absentiam pati, preser-  
tim si interea recte administrabuntur, ut tales ministros  
perpetuis habeant, qui non modo eis; sed toti Ecclesie sint  
fructuosi, non ne idem nobis nunc fit, qui ob publicam  
utilitatem ab Ecclesijs absumus? qui minus poterunt illi  
à paroccijs abesse, cum ob propriam illarum: tum ob comunem  
Ecclesie utilitatem?

Condemnabimus Inquit, nra sententia acta tot pontificum,  
qui cum Ep̄o Romæ uiuere permiserint, atq; uoluerint,  
dispensationum usum et consuetudinem peruulgauerint,  
plures Ecclesias quamuis prepositorum presentiam flagi-  
tantes

earq; longe inter se distantes anni sepe tradiderint, ita ut  
aliquando, etiam plures Episcopatus uni commendauerint.  
Cumq; in omni memoria ueterum temporum Pontifices Sa-  
libere egisse comperiantur, nunc uidelicet, Soc. decreto, in  
omnibus rebus damnatis, Pontifices illar, autores in-  
iusti ac neptarij fuisse iudicabuntur. Meminerint  
quæ Soc dicunt, Christum rogasse pro Petro, ne illius  
fides deficeret, de charitate nihil ei præcipuum promissum  
à Pontificibus religionis institutum, præscriptam uita-  
di rationem, christianam disciplinam, fidei normam  
expectare debemus: quæ omnia illa sanctissima sedes  
omni tempore firma sanctaq; seruaui, et præstitit.  
Quantum attinet ad uitæ actiones, et ad negociorum  
administrationem, obnoxij sunt Pontifices, more ce-  
rorum sominum, negligentie, imbecillitati, errori, et  
reliquis animi affectionibus, quæ humanam uitam per-  
turbant, et à recta ratione abducunt. Quis circa mo-  
rum uideri non debet, eos, cum somines fuerint,  
multa uitio temporum condonasse, multa cupiditate  
Somini

Sominum concessisse, quaedam eos latuisse clam, dolo, fraude, expressa, in plerisque etiam ipsos conuuisse. Itaque omnia quidem Pontificum facta, cuiusmodi ea sint, submissè recipienda sunt, ipsaq; parere, et obsequi debemus, illa autem solum recta existimamus, quæ more maiorum fiunt, et Apticis institutis legibusq; sunt consentanea. Inquit. n. Gelasius de Petri Alexandrini absolutione scribens, tunc deniq; Pontificum acta ritè administrari, si sint secundum Ecclesie regulam celebrata, si paterna traditione profecta, si more maior. probata, si competente examinatione deprompta.

Propterea successores plerumq; superior, Pontificum acta corrigunt. quod in hac ipsa dispensationum causa, et in liberioribus beneficiorum indulgentijs sæpe factum legimus. Innocentius vii connumeratis infinitis malis, quæ ab hac commendationum consuetudine proueniunt, commendata beneficia subtulit, exceptis ijs, quæ Cardinales obtinebant. Bonifacius viii reuocatis omnibus non

residentium dispensationibus, eos detractioe fractum multavit. Quamvis sanctus Clemens v. qui cum esset prefatus in Canone, superne, quanta Pontificum effusa liberalitas in principio presertim Pontificatus largiatur, quanta importane preces soleant impetrare, omnium Ecclesiarum, et monasteriorum commendationes antiquavit, usque Cardinalium indulgentias comprehendit: neque desistit commemorare damna, que huiusmodi beneficia Ecclesijs attulerunt. Sequitur magna ex parte eius sententiam Joannes XXII connumeratis multo acerbius incommodis detrimentis, ruinis, calamitatibus tali dispensationu' licentia, Ecclesie allatis, eas aliqua ratione cohibuit. Legant qui uelint constitutionem execrabilis; quomodo igitur nobis obijci poterit, ea nos damnare, que Pontifices Maximi egerunt, cum illi ipsi, qui fecerunt, ea multo ante damnauerint, grauissimisque sanctionibus ac penis, e medio tollenda esse decreuerint.

Preterea dicunt muniri uiam <sup>superbis</sup> ~~potestatis~~, quia sedis Apost. imperia  
 detrectare possint. Nam cum à Pontifice acciti erunt,  
 uel ad aliquod munus publicum destinati, ea excusa-  
 tione utentur, quod sibi à Christo præceptum est, ne  
 ab Ecclesijs discedant. Hi Pontificis auctoritatem non  
 considerant, nec Ep̄os subiectionem, neq̄ Hierarchie  
 à Christo disposite ordinem, neq̄ diuine legis uim, neq̄  
 moralium officiorum conditionem, uarietatem, impedimen-  
 ta, neq̄ Christi mandatorum inter se consensum, et conue-  
 nientiam. Quare ne in ijs rejiciendis, eadem repetens  
 frustra laborem, nil dicam separatim: responsum, qui  
 habent acumen, ex ijs, que dixi, eliciant. Maneo autem  
 eos, ut quo quo modo res sit, nihil sint de isto solliciti.  
 reddo n. eos securos, Pontificem multo plus, ad compel-  
 lendum Ep̄os ad Ecclesias, quam ab eis euocandum  
 negocij habiturum. Erunt nimirum Ep̄i in isto sedi  
 Apostolice addicti, Presb̄i aduentu uocati, erunt die-  
 to obediens, atq̄ alteram uisionem non expectabunt.

Alij de residendi mandato cum rectè sentiant, tamen ab hac sententia declaranda sunt alieni, uerentes ne propterea in periculum adducantur Ecclesiasticae Leges, et existimentur ad obligandum parum roboris, atq; auctoritatis habere. Et si fuerunt non obscuri Theologi, qui negauerunt legem ullam humanam, quemquam mortalis culpe reum facere posse, cum nemo eam penam lege sua statuere ualeat, quam non possit in foro suo inferre, tamen reiecta illorum sententia, concedimus leges Ecclesiasticas in foro conscientie obligare, et uiolatores interdum mortis aeternae reos facere. Sed non propterea eandem quam diuinae uim habent, neq; ut illae, perpetuis uigent. nam dissuetudine obsolescunt, et temporibus uariantur, et hominum arbitratu mutantur, atq; indulgentia soluantur. quae omnia perspicuum est à diuinis legibus esse remota. Deinde quamuis peccet, qui humanam Legem uiolat, tamen non aequè peccat, atq; is, qui legi diuinae non paret. Hoc inquis, ego non curò, satis est me perinde damnari, atq; si diuinam Legem uiolasssem. quid? non curas, parum ne an tantum Deum offendas? utrum in Prophetam pecces, uel in Deum? Si uir in uirum peccauerit, fortasse ignoscet illi hominus, sed si in Dominum peccauerit, quis orabit pro eo?



et Dñs Samueli, non te, inquit, reliquerunt, sed me ne regna-  
rem super eos.

At scriptum est, inquit, qui uos audit, me audit, recte; nam  
qui Ecclesiam non audit, peccato obnoxius est, ita tamen, ut  
leuius tollerabiliusq; peccet, quam si Dei mandatum contemne-  
ret. Loquor de preceptionibus Ecclesiasticis, quae exter-  
nam uitae ac morum disciplinam continent. Nam dogmata  
fidei ab Ecclesia exposita, ita sequi, et amplecti debemus, atq;  
si Christi uoce nobis tradita essent, cum in in illis definiendis  
Ecclesia nihil noui excogitet ipsa, neq; Summae prudentiae  
ope utatur, sed quae spū s<sup>o</sup> aut So<sup>o</sup>re ex scripturarum inter-  
pretatione, Ortodoxorum Patrum consensu, perpetuo Catso-  
licorū usu traditioneq; accepit, ea suo Decreto declaret,  
et quasi de Celsi delapsa, credenda omnibus proponat.  
Lex igitur Ecclesiastica uiuendi rationem continens, non  
equatur diuine legi eadem praecipienti, quamuis utraq;  
obliget, et necessario seruanda sit.

Qui uero ad praecipendum, aut prohibendum aliquid, sufficere  
legis Summae auctoritatem existimant, ad peccatū respec-  
tum habent, legemq; ex contemptu, atq; omissione metuan-  
tur, nihil autem cogitant de auctoritate praecipientis.

quam quidem precipuam seruandae legis rationem arbitror  
quid. n. esse potest tam efficax ad excitandum atq. com-  
mouendū nos, quam si cogitemus Deum esse, qui iussit, cuius  
minimum mandatum omnibus rebus nr̄is, et comodis  
anteponere debemus: cum illum Patrem, Dominum, condi-  
torem agnoscamus, et in eo uite, salutisq. nostrae spem  
collocatam habeamus. Scircō Moyses, cum Hebraeis Le-  
ges dabat, illud prefabatur, Haec dicit Dominus: Iudicā  
ita maxime populum dictis obediēte futurum. Moysē  
imitatus Paulus, quoties inculcat illud, non ego dico  
sed Dominus, et in Epistola ad Hebraeos conferens Eua-  
gelium cum lege, tunc inquit, Deum diligentius audie-  
dum, cum per prestantiorem loquitur, ideoq. cum in  
Euangelio per Filium sibi aequalem, et Angelis presta-  
ntiorem loquutus sit, eo concludit, uerba eius in Euangelio  
loquentis attentius esse audienda. Hoc idem considerans  
Ioannes, non mandatū nouum, inquit, do uobis, sed quod  
audistis ab initio

Renocant quoq. nos ad Suis ipsius Concilij exempla: in quo  
dicunt, cum multa alia de natura peccati originalis,  
de conceptione Virginis, de ui ac facultate sacramentorum

sint disputata, tñ nihil certi fuisse definitum, ea maxime  
 de causa, ne cum opiniones utriusq; egregios defensores  
 haberent, si qd esset declaratum, alteri parti iniuria fie-  
 ret. Idem dicunt factum in Concilio Viennensi, in  
 quo Pontifex Clemens, ita sententiam affirmantium par-  
 uulis gratie et uirtutum habitum in baptismo infundi,  
 approbavit, ut secus sentientibus, et tñ peccatoru' remis-  
 sionem in illoꝝ baptismo concedentibus, locum reliquerit.  
 Optimum fuit Consilium, quo sanum rerum quæ, uel  
 omisse, uel hoc modo definitæ fuerunt. nam siue Doc-  
 torum ex utraq; parte auctoritatem spectes, siue ratio-  
 num pondus, et euidentiã, non erat, cur approbatis quo-  
 runda sententijs, contrariæ rejicerentur, præsertim in  
 eis propositionibus, quæ si uno modo, uel alio intelligeren-  
 tur, nihil intererat, et Ecclesiæ ex eo nulla utilitas acce-  
 debat. In Sac uero sententiã si quæras Doctorum nume-  
 rum, et pondus, insignes Theologi, qui Sac quæm expli-  
 cauerunt omnes constantissime in eadẽ sententiã con-  
 ueniunt. non numero autem illum e iure consultorum  
 turba nouum Theologum. si rationu' pondus, et uis consi-  
 deretur, nulla sententiã adeo aperta, et euidens in

scripturis reperitur, neq; ulla est, quam principia naturæ,  
et morales rationes magis comprobent. Si utilitas ponde-  
retur, dogma hoc ad mores pertinet, et ad constituendam  
Ecclesiæ disciplinam, quod si Jure diuino stabilitum fuerit,  
iacta erunt præclara fundamenta, in quibus reliquam  
Ecclesiasticæ ædificij substruccionem excitare poterimus.  
Quanto melius considerasset ij Somini ipsorum Conciliorum  
in duobus dogmatibus utilissima decreta. nam cum in  
Concilio Viennensi usuræ prohibendæ essent, quæ Somi-  
nes ab illis magis abducerentur, declaratum est, eas iure  
diuino esse prohibitas. In Tridentino Patres, cum uide-  
rent non defuisse Canonistas, qui Confessionem uniuersa-  
li instituto Ecclesiæ inductâ dicerent, eam Jure diuino  
præceptâ esse declarauerunt, iudicantes, ita maxime Chris-  
tianos Sacramentis confessionis obligatâ iri, si sublatâ illis  
perniciosa errore, iuris diuini in illo sacramento autori-  
tas sanciretur. Hæc in ijs duobus Concilijs proponuntur  
nobis simillima, et propè eadem exempla ad imitan-  
dâ, quæ tñ ij Somines studio defendendæ sententiæ sup-  
presserunt, proferentes subtiles quasdam, et inuitabiles  
Ines, quas illi prudentissimi Patres scholasticorum

otio et disputationi consultis reliquerunt, et ad statuendum  
 utilissima decreta animum applicauerunt.

Neque uero nos mouere debet, id quod à non nullis dicitur, Eccle-  
 siam per tot seculorum aetates nihil huiusmodi statuisse.  
 ex quo effici uolunt, sententiam hanc minus ueram, uel  
 certe eius sanctionem superfluum iudicant. Primum  
 Basilius, et Gregorius Theologus aut Sores sunt, Ecclesiam non  
 continuo uniuersam fidei disciplinam percipere, sed paula-  
 tim, pro temporum necessitate à spū. S.<sup>o</sup> institui. quare  
 mirum non esset si ijs extremis temporibus, Dominus  
 noster, qui se nobiscum futurum usq; ad consumationem  
 seculi promisit, aliqua Ecclesiae suae indicaret, et pateface-  
 ret, quae olim non ita explicata fuerunt. Deinde affir-  
 mare possumus, hoc ita certum fuisse illis praeis patribus,  
 ut de eo dubitare numquam ijs in mentem uenerit. tantum  
 re et factis id praestabant, quod sibi à Domino man-  
 datum esse sciebant: Contra uero eos, qui negligenter  
 officio fungebantur, eas penas statuabant, quas mos, fuit  
 statui in eos, qui Dei legem uiolarent. Itaq; deponen-  
 tur Epi, et à cœtu fidelium remouebantur, si ultra  
 definitum tempus, quod erat breuissimum, ab Ecclesijs

aberrant. qua severitate non essent usi in Ep̄os, q̄ tantam  
Ecclesiasticam legem uiolassent. Sed crevit in Ecclesia  
ueteri aliquando hoc malum. Nam Pontifice Damaso,  
Luxuriante, credo, Ecclesia nimia lætitia, quam Principū  
pax effecerat, ceperunt Ep̄i Ecclesijs negligenter pre-  
esse: Itaq̄ Cōreps̄ in suum locum successis, ipsi otio,  
et delitijs operam dabant: ad quorum negligentiam  
reprimendam Damasus nullam rationem iudicauit  
utiliorem, quam si sublatis Cōreps̄, Ep̄os doceret, eos  
diuini legis, Christi doctrina, exemplo, mandato, Apos-  
tolorū institutis teneri ad residendum. Quod idem an-  
tea liberius Pontifex fecerat in Ep̄istola, qua confirma-  
uit Ep̄os ob persecutionis metum proprias Ecclesias  
deserentes. At Sanasius Patriarcha Constantinopolita-  
nus cum renouauit ad Ecclesias Ep̄os, qui desertis gre-  
gibus in cōsorte Imperatoris sedebant, nil tam eis  
opposuit, quam præceptum Dñi, et diuina mandata.  
quare agnouerunt hoc remedium præsci Patres, et quan-  
tum opus fuit, eo sunt usi. Quod si sane sententia  
Concilij auctoritate non confirmauerunt, non tanta fuit  
necessitas, ut synodi decreto opus esset, præsertim

ad id declarandum quod uerissimum esse intelligebant. Debuerunt, credo, in Synodo declarare, meridie lucere, quod tamen nunc, tantae sunt nonnullis tenebrae, negatur, et contrarium ingenti plausu defenditur. In tanta igitur Suius neptarij atq; execrati moris deformitate accedente praesentim defensorum audacia, quod reperiri potest aptius remedium, quam id, quod illi, sanctissimi Patres ad idem malum opprimendum excogitauerunt. quodq; tantam uim habet, ut non ramos solum amputet, sed ipsam etiam mali radicem excidat. Quare quo magis haec pestis uiget, et quo plures adiutores inuenit, eo magis succurrendum est ueritati, et diuina lege id sancendum, quod perditis iam ac prope desperatis rebus salutarem medicinam afferat.

Hoc n. declarato certum erit nullam temporis diuturnitatem huic legi obfuturam, cum praescriptis Summas leges antiquare soleat non diuinas. Quare neminem excusabit usus, neminem consuetudo, quin sibi in Ecclesia assidue manendum esse intelligat. Deinde qui maioribus officijs occupati, aut honorum obsequijs, aut proprio negotio impediti ab Ecclesijs perpetuis obfuturi

sunt, post Sane sanctionem scient sibi impositam necessi-  
tatem deponendi Ecclesias, aut omnino eo committendi, nisi  
fuerint adeo perditæ, ac profligatæ, ut post ius diuinum  
omnibus propositum et palam factum, uelint privati co-  
modi causa, ius ipsasq; omne pervertere.

Statuetur aliquis modus ~~existendi~~ beneficiorū multi-  
tudinē, quam omnino natura odit, ratio reiecit, diui-  
na, atq; humana lex detestatur. Nam et si Pontifex  
Maximus pro sua summa potestate, æconomia uti  
potest, tamen parca, considerata, consulto id agat,  
iusq; diuinum ita tractabit, ut non nisi graui causa,  
summa ratione adductus, ad eius moderationem  
descendat.

Videbimus Ecclesias proprijs Episcopis destinari; eos uero non  
detinebit in curia ambitio, sed omnibus Clientum atq;  
assecularum officio, quo in Vrbe funguntur, Patronorū  
et Pastorum in Ecclesijs partes suscipient. In Pavo-  
chiali Ecclesia unus erit prepositus, isq; illam adminis-  
trationem ita suscipiet, ut intelligat, eam se nō nisi  
uiolatis diuinis legibus deseraturum. quo fiet, ut  
ad locorum incolas et indigenas magna ex parte



Ecclesie deventura sint: Cum nemo fere sit, qui sacerdotium longinquum, quamvis fructuosum habere velit ea conditione, ut relictis proprijs sedibus sibi eo migrandum sit. querimus. n. sacerdotia quamvis remota atq; ubi vis gentium posita, accessusq; difficilia, modo copiosas mercedes afferant. ex ijs veniant quot annis domum uectigalia, quasi ex praedijs possessionibusq; longinquis, quibus uillicos praeficiamus, ipsi uero otio et quieti indulgentes dominarentur.

Reprimetur etiam illoru' hominum cupiditas, qui in quaestu et mercede ponentes sacerdotiorum adeptionem, modo rem habeant, et quotidie cumulent, omnia sibi licita esse existimant. Quod si singuli singulis sacerdotijs praerunt, ijsq; se ad ea conferent, omnia moderate ac iuste fient, cessabunt infinitae lites, iurgia, inuasiones; illi uero uultarij, qui semper alicuius mortui nuncium expectantes, cadaveribus imminent, alio auolabunt, uel sibi alium uiuendi morem rationemq; instituent. Haec sunt commodas, sive utilitates, quas lex diuina continet. a quibus neminem, qui modo Christianum nomen factis profiteri uelit, et religionem suis cupiditatibus obsequi, et famulari nolit, discrepaturam arbitror.

Atq; antea quidem summa erat huius sanctionis necessitas, sed  
tamen huiusmodi, ut si esset prætermissa, tantum medicina  
malis defuisse uideretur: nunc autem eo adducta res est,  
ut nisi de hac re referatur, magna confusio, totiusq; Christi-  
ani orbis offensio sit metuenda. Nam cum perspectum sit,  
Sane explicationem à Patribus expetitam, ea neglecta, Somi-  
nes existimabunt libertatem in Concilio desiderari. Neq;  
illud Sominam opinionem satisfaciet, si plures in cœtu nos-  
tro sint futuri, qui sane, relationem non requirent, uel  
in aliud tempus rejicient. nam cum intellectum sit, uni-  
uersos ferè, alios præcisè, nonnullos cum exceptione, om-  
nes tñ eos idem censuisse, atq; animi sui sententiam  
declarasse, cui probari poterit, eos postea mutata senten-  
tia, suum iudicium sequutos? quæ res faciet, ut Conciliū  
ad cuius exitum omnes Christianorum animi sunt erecti,  
et quod unicum ad tanta mala remedium est iudicatum,  
uires, auctoritatem, existimationem amittat.

Hinc occasionem arripient heretici calumniandi nos, ac di-  
cendi, se ad Conciliū propterea non uenire, quod in eo  
non propria sententiæ decreta, sed aliena uoluntatis  
præiudicia expectant.

Illud autem erit frequenter in ore non modò ipsorum, sed

etiam Catholicorum omnium, nos ueritatem in iniustitia deti-  
 nere, nolle intelligere ut bene agamus, blandiri nobis,  
 nolle nostra peccata detegi, abusus foueri, cum primum  
 admota manus est ad eos, exclamatum esse, atq; magnos  
 motus excitatos. Illud autem omnino erit intollerabile, quod  
 cum Somines in hac controuersia uiderint sedis Apost.  
 nomen interpositum, atq; eius potestatem iactatam, si nihil  
 postea de hac re erit actum ut sunt Sominum men-  
 tes ad errorem propense, aliquid indignum illa exi-  
 mia potestate suspicabuntur. nam ut in principio dixi,  
 qui contra opinantur, eo excusandi sunt, quod id defen-  
 dunt, quod sibi uidetur probabile, qui uero hanc senten-  
 tiam non ipsam per se expendunt, sed ea sola considerant,  
 quae ex illa effici, et colligi arbitrantur, magnam Somi-  
 nibus praebent occasionem seuis de rebus sanctissimis opinan-  
 di. quare ut haec offensio tollatur, nihil puto tam expe-  
 diens, tamq; necessarium hoc tempore, quam id decreto  
 Synodi declarari, quo patefacto persuasum omnibus sit,  
 nihil esse illa sede stabilitius, nihil potestate illa sanc-  
 tius: quae neq; a calumnia insidias, neq; a ueritate peri-  
 culum formidare possit.

Hæc Sabui, quæ pro defendenda ueritate, et pro meo perpetuo erga illam augustam sedem studio atq; obseruantia ijs scriptis consignata atq; testata esse uolui. quæ tamen omnia apostolicæ sedis, et Suius sanctæ Synodi iudicio, et correctioni subijcio et ommitto.